



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Davidis Regii Prophetae Psalterivm

Moritz <Hessen, Landgraf>

Smalcaldiae, 1593

VD16 B 3258

Psalmvs CXLII. Voce me ad Dominum clamaui, &c.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68864](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68864)

Tam mihi dulce id erit, caput ac si balsamo inun-
Meq; tegent contra noxia tela preces. (gar,
Tu Cathedra falsos doctores deiice ab alta,
Doctrina vera poscit ut esse locus.
Proh dolor, ossa iacent dispersa ad limen Auerni,
Nostra velut fracta & sparsa ruina domus.
Te mea mēs, mea vox, Deg, et mea lumina querūt:
Ne, Domine, hanc animā queso perire sinas.
Ne laqueis positis capiar, tu prospice Ioua,
Inq; mali insidias tendiculasq; cadam.
Implicit in proprio se casse dolos ac terua:
Ast ego perrumpam retia tensa mibi.

PSALMVS CXLII.

Voce mea ad Dominum clamaui, &c.

AD Dominū clamo querulis singultib⁹, ipsum
Imploro, crebras pectore reddo preces.
Huic animi, quæcunq; scio, mysteria fundo,
Fundo Deo, quicquid tristia corda coquit.
Cūm tremor insidiis, dextrā mihi porrigit vltro,
Dispositis prohibes me laqueisq; capi.

Nn 2 Nul-

Nulla mei quamuis lateris defensio nulla,
Effugii sit spes auxiliij super.
Te peto supplicibus, pater o mitissime, votis,
Sis mihi solamen, spes rata, certa salus.
Fac Deus, afflitti lacrymas quid posse valere:
Hostilesq; velis tu cohibere manus.
Elatebris redimas me tāquam carcere clausum,
Ut liceat laudis carmina ferre tibi.
Tunc tua cum iustis celebrans praconia gratus,
Quod mihi præstiteris tot benefacta, canam.

PSALM VS CXLIII.

Domine, exaudi orationem &c.

Obsecro, sancte Deus, lacrymas ne reuice mæ-
Pro bonitate tua, iusticia atq; fide. (st:)
Ante tuum ne me patiare venire tribunal,
Iudicete, iustus non erit ullus homo.
Huic inimicus atrox anima insidiatur, humiq;
Prostrata, in tenebras mergere morte studet.
Dum memor antiqui sum temporis, & tua facta,
Res meditor gestas, Ioua, referre tuas. (&
Dum